

Emmo. coepiscopis factus vel ipsius sacerdotis epistolae ad Liberium porrecte non prohibeant monachos sub privilegio proprio^a residere, vel sancti Augustini praeclari doctoris libri de gradibus ecclesiasticis doceant monachos sub quiete regulariter viventes absque inquietudine clericorum vel episcoporum residere.

(4). Quod nos considerantes, dum et canonica institutio de hac re nos non praeiudicat^b, vel ideo supradictus domnus vel praedicta domna, dum se patrociniū tam et in praesenti vita quam et in futurum praefatorum sanctorum plenissima devotione tradiderunt, ut eis ubique apud clementissimum et omnipotentem Dominum eorum intercessio prebere dignetur adminiculum, vel pro reverentia tantorum martyrum, seu prout monachi ibidem degentes sub regula sanctorum patrum quieti conversare^c possint, hoc privilegium plena voluntate una cum consensu fratrum

Aud. meorum concessisse vel indulsisse visus sum, per quod decerno atque ob testificationem divini nominis interdico, ut nec ego nec ullus episcoporum successorum meorum hoc interrumpere presumat.

Burgundof. (5). Et nec^d nos ad hoc propriae deliberationis institutum^e posteritas aestimet decrevisse, cum etiam antiquiora^f

Aud. vel in novo tempore monasteria propria privilegia sint consecuta, ex quibus vel pauca, dum longum est omnia evol-

Burgundof. vere, nominemus: Agaunensium, quod velut istud regio est munere ditatum^g, Lirinensium vel basilica domui Marcelli immoque et monasterius Luxoviensis hoc videntur habere

Emmo. Aud. concessum et omnem libertatem sunt consecuti, et ita a succedentibus^h custoditur, ut quicquid ibidem offertur, ipsi abbates vel monachi ibidem servientesⁱ absque^k contrarietate vel repetitione episcoporum libere cum Dei adiutorio hoc possideant.

Burgundof. (6). Ergo omnes unius conspiratione^l consensum^m antedictisⁿ principibus postulationem^o socia^p libentissime^q annuentes, sic ab omnibus decretum est, ut quicquid praedicti

a) om. c. (cf. *priv. Landerici, Pardessus II*, 95). b) *Privilegium monasterii S. Columbae*: dum constet nihil ecclesiasticae praeiudicare regulae. c) ita c. (conservare falso adnot. Lev.). d) ita c. cum *Drauscio* (*Pardessus II*, 139); Et ne hoc nos B; Nec nos hoc Lev. e) instinctu et add. sacerdotalis B. f) sicut antiquorum A. g) ita c.; et add. Lev. h) ita E; successoribus A. i) ita recte c. cum A; deservientes Lev. k) ullius add. A. l) conspirationis B; mox 3 litt. ras. c. m) ita c.; consensu B. E. n) antedictorum virorum B. o) ita c. cum E; postulationi B. p) sanctae religionis pro socia B. E; cf. socia caritate A. q) sublibentissime E.